

# D. Anhang: Text der Apologia Actoris auf Grund von 12 ausgewählten Handschriften des 13. und frühen 14. Jahrhunderts

## APOLOGIA<sup>a)</sup> TOTIUS OPERIS<sup>a)</sup>

### c. 1. De causa suscepti operis et eius materia

Quoniam multitudo librorum, et temporis brevitās, memorie quoque labilitas non patiuntur cuncta, quę scripta sunt, pariter<sup>b)</sup> animo comprehendere, michi omnium fratrum minimo<sup>c)</sup> plurimorum libros assidue ex<sup>d)</sup> longo tempore revolventi ac studiose legenti visum est tandem, accedente etiam maiorum meorum<sup>e)</sup> consilio, quosdam flores pro modulo ingenii mei electos ex omnibus fere, quos legere potui, sive nostrorum, id est catholicorum doctorum, sive gentilium, scilicet philosophorum et poetarum, et ex utrisque<sup>f)</sup> historicorum in unum corpus voluminis quodam compendio et ordine summatim redigere ex his dumtaxat precipue, quę pertinere videntur vel ad fidei nostre dogmatis astructionem<sup>g)</sup>, vel ad morum instructionem, sive ad<sup>h)</sup> excitandam caritatis devotionem, aut<sup>i)</sup> divinarum scripturarum mysticam expositionem, vel<sup>k)</sup> ad ipsius veritatis manifestam aut<sup>l)</sup> symbolicam declarationem<sup>1)</sup>, ut et<sup>m)</sup> studio meo quasi modum quendam imponens curiositati<sup>n)</sup> mee<sup>n)</sup> ceterorumque nonnullorum forsitan mei similium, quorum studium et labor<sup>o)</sup> est<sup>o)</sup> plurimos legere, eorumque flores excerpere, per hoc unum grande opus, utcumque satisfacerem, et laboris mei fructum poscentibus non negarem.

Siquidem *faciendi*<sup>p.1)</sup> *plures libros nullus est finis*, et curiosi lectoris *non*<sup>2)</sup> *satiatur oculus visu nec auris impletur auditu*. Ad id<sup>q)</sup> ipsum quoque<sup>r)</sup> provocavit me plurimum<sup>s)</sup> falsitas, vel ambiguitas quaternorum, in quibus auctoritates sanctorum adeo plerumque mendaciter a<sup>t)</sup> scriptoribus<sup>u)</sup> vel notariis intitulabantur<sup>v)</sup> cum<sup>w)</sup> scribebantur, ut quę sententia cuius auctoris esset, omnino nesciretur, dum verbi gratia, quod Augustini vel<sup>x)</sup> Iheronimi vel Crisostomi forsitan erat, ascribebatur Ambrosio vel

---

<sup>a-a)</sup> Libellus totius operis apologeticus *D*; *fehlt R*      <sup>b)</sup> *folgt* uno *D<sub>2</sub>D<sub>3</sub>*  
<sup>c)</sup> *fehlt D<sub>2</sub>D<sub>3</sub>*      <sup>d)</sup> et *D<sub>2</sub>D<sub>3</sub>*      <sup>e)</sup> suorum *R*      <sup>f)</sup> utriusque *D<sub>2</sub>D<sub>3</sub>*  
<sup>g)</sup> astrictionem *H<sub>3</sub>*; attractionem *H<sub>4</sub>*      <sup>h)</sup> etiam *D*      <sup>i)</sup> *folgt* ad *D<sub>2</sub>D<sub>3</sub>*  
<sup>k)</sup> *folgt* etiam *H<sub>3</sub>N<sub>3</sub>DR*      <sup>1-1)</sup> declarationem aut symbolicam *H<sub>4</sub>H<sub>5</sub>*  
<sup>m)</sup> est *N<sub>4</sub>*      <sup>n-n)</sup> desiderio meo *R*      <sup>o-o)</sup> laborem *N<sub>3</sub>*      <sup>p)</sup> facienti *R*  
<sup>q)</sup> *fehlt D<sub>2</sub>*      <sup>r)</sup> *fehlt N<sub>3</sub>D*      <sup>s)</sup> studium *D*      <sup>t)</sup> *fehlt R*  
<sup>u)</sup> scolaribus *D*      <sup>v)</sup> intelligebantur *D<sub>2</sub>D<sub>3</sub>*      <sup>w)</sup> aut *DR*      <sup>x)</sup> *fehlt D<sub>2</sub>D<sub>3</sub>*

<sup>1)</sup> Eccles. 12, 12.

<sup>2)</sup> Eccles. 1, 8.